



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 22. A Præfat. vsq[ue] ad Co[n]secrat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

196 SPIRITUALIS  
reprehendat, & quod veræ in-  
nocentiæ, puritati, vitæq; san-  
ctitati, qua coram Deo ac Do-  
mino comparare par est, aduer-  
setur.

CAPVT XXII.

A PRAEFATIONE AD  
*vsque Consecrationem.*

**Q**Vanto profūdiùs in Mis-  
sæ arcana descendit Sa-  
cerdos, etiam Deo in ter-  
ram è cælis deuocando, eumq;  
în manibus suis ponendo fit vi-  
cinior, eo maiori cum attentio-  
ne, timore, reuerentia, & amore  
se gerat, oportet. Attendat ita-  
que quàm diligentissimè ad ea  
quæ

THESAURVS MISSAE. 197

quæ agit, cum grauitate ac modestia signa Crucis exprimat: omnes sacri Canonis orationes benè recteque & cum deuotione & tractim in *Memèto suo* pronunciet. Quantum ad eos quos Deo commendatos vult, breuiter & paucis sacrificium pro eo ad cuius intentionem celebrat offerendo, & Deum pro ijs quos insuper commendare ei vult orando, se ad præparationem præuiam, in qua omnes in genere commendandi sunt remittens; pro particulari sua deuotione & affectu, melius haud dubiè faceret, si secū breui illo spatio ageret, quo scilicet modo Dei filium reueritu-

R 3 rus

rus & tractaturus sit, quo item amore, timore, humilitate & puritate. Quin etiam gaudium in se excitet & exultet, quod breui intra manus suas visurus sit eum, quem in quantum Deus est in sinu, & in quantum homo, ad dextram suam confidentem Pater æternus habet; & cum ipsum, quem nouem mensium spatio visceribus, & tanto tempore brachijs suis sanctissimis Deipara cõplexa est, quem suis Simeon strinxit vlnis, qui Spiritu sancto ideò à Deo plenus reseruatus fuit, vt hoc dũtaxat officium perageret. Nec verò cogitet, quòd quoniã aliquod *Memento* tempus animus circa  
fan-

THESAURVS MISSAE. 199.

sanctos illos affectus, occupetur, propterea minus exaudiendus sit in ijs quæ à Deo petit, & petere desiderat; quin imò sibi persuadeat multo meliorē postulata sua apud Deum successum habitura, iuxta illud Prophetæ Psal. 84. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* In oratione verò, *Communicantes*, &c. fiduciam excitet benè & ex voto cum Deo tractandi, cum huiusmodi Aduocati, qualis sanctissima eius Mater, omnes Apostoli, & tot Martyres, vnà cum ipso Deo se fiant intercessores illius futuri; atque ita absoluat orationem: *Quorum meritis precibusq; cōcedes*

R 4      vt in

vt in omnibus protectionis tua muniamur auxilio. Si verba nonnulla non intelligat, vti, *Ascriptam, ratam, rationabilem*, legat aliquem, qui eadem exponit, vel interroget eos qui illa intelligunt: nam in re adeo graui, & tractando cum eo quicum tractat, turpe est non intelligere quae dicat. Qui vero Missam audit, non debet, meo iudicio, tunc temporis multum vocaliter legere, sed se cogitet visurum breui Dominum, vti iam diximus, quare expectet eum, sibiq; persuadeat, audire se dicentem vocem Matth. 26. *Ecce Sponsus venit, exite obviam ei.* Videat etiam, non secus ac Sacerdos, quibus eum  
præ-

THESAURVS MISSAE. 201  
præsentem iam oculis & corde  
visurus sit & honoraturus; at-  
que hoc maiorem in eo deuo-  
tionem, amorem, timorem &  
cordis teneritudinem excita-  
bit, quàm si vocalem oratio-  
nem decurreret, quod in alia  
Missæ parte facere poterit.

CAPVT XXIII.

QVOMODO IN SAN-  
*ctissimo Sacramento Christus*  
*Dominus adorandus sit.*

**A**Dorare, propriè est in-  
ternam reuerentiam de-  
ferre alicui ob excellen-  
tiam, quam in eo agnoscimus;  
quam reuerentiam interdum ex-  
terio-